Dilecto Filio Nicolao Ostrorogue
Urbanus Papa VIII.

Nicolaus Ruthenos ad Ecclesiæ Romanæ unitatem inducat —

Dilecte fili, salutem, et Apostolicam Benedictionem. Cupimus vehementer, ut pietas tua, quae in rebus ad catholicae fidei propagationem spectantibus egregium sui specimen adhuc praebuit, nihil a se desiderari permittat, quod ad Ruthenos, qui intra tui Dominatus limites Romanae Ecclesiae non consentiunt ad unionem deducendos proficuum esse valeat. Illud autem in primis proderit, si sacerdotibus schismaticis, ubi a sua contumacia avelli nequeant, sacerdotes uniti subrogentur, ne eorum culpa, qui doctrinae integritatem alios docere debent,

perniciosae contagionis labes contrahatur.
Ita certe tuae eximiae institutioni satisfa-
cies, et rem Deo gratissimam praestabis, a quo
tibi felicitatem precamur, et Apostolicam
Benedictionem intimo affectu impertimur.
Datum Romae apud Sanctum Petrum sub
annulo Piscatoris, die III. Novembris MDCXXXXIII,
Pontificatus nostri anno vigesimo primo.

// // //

Descriptum, et recognitum ex Regesto autographo episto-
larum ad Principes, fr. Urbani PP. VIII. an. XXI. pag. 345. t.°, quod adservatur
in Tabulariis Secretioribus Vaticanis. In quorum fidem de
Dabam die V. Kalendas Junii MDCCCXXXVII.

ARCHIVVM · SECRET · APOSTOL · VATICANVM

M. Marini
Tabular. S. R. E. Praefectus

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

Datum Romae apud Sanctum Petrum sub

annulo Piscatoris die [illegible]

Pontificatus nostri anno [illegible]

Descriptum et recognitum ex Regesto autographo [illegible] in [illegible] pag. 5451, [illegible] in Tabulario [illegible]

Datum die V [illegible] Anno MDCCCXXXVII

[illegible]

[illegible] A. C. [illegible]